

# Die Anfänge des Stifts Vilich

*Das Adelheid-Kolloquium von 2025 (Vortrag Waßenhoven) fasste noch einmal die Forschungsergebnisse zur Gründung des Stifts Vilich und zur Person des Gründers MEGINGOZ zusammen. Demnach ist nur gesichert, dass er in Geldern starb. Er war vermutlich doch kein Graf (comes) und kein Heiliger, obwohl er später vor Ort wie ein solcher verehrt wurde. Die beiden Stifter sind wohl in Vilich beigesetzt worden, ihre Gräber sind heute nicht mehr zu identifizieren.*

## Inhalt

|   |    |
|---|----|
| 0944 Juli 18 Otto I.: Urkunde für Megingoz  | 2  |
| 0987 Jan 18 Otto III. nimmt Vilich in seinen königlichen Schutz   | 2  |
| 0996 Mai 24 Papst Gregor V. bestätigt Kloster Vilich  | 3  |
| 1003 Feb 26 Heinrich II. Urkunde für Vilich   | 4  |
| 1144 Konrad III. Urkunde für Vilich, Fälschung  | 5  |
| 1200 Vita Adelheidis, Auszug  | 5  |
| 1595 J. Molanus: »Natales sanctorum Belgii«, Auszug   | 6  |
| 1645 Ae. Gelenius: »De admiranda sacra et civili magnitudine Coloniæ Claudio Agrippinensis augustae Ubiorum urbis libri IV«, Auszug | 7  |
| 1835 Die heilige Adelheid von Vilich  | 8  |
| Literaturverzeichnis  | 10 |

## 0944 JULI 18 OTTO I.: URKUNDE FÜR MEGINGOZ<sup>1</sup>

*König Otto I. (912-973) gibt dem Megingoz das gesetzlich beschlagnahmte Vermögen zurück: Megingoz, ein Lehnsmann des Königsbruders Heinrich, hatte sich dem Aufstand Heinrichs gegen seinen Bruder angeschlossen. Otto zeigt seine Milde – clementia – gegenüber dem Übeltäter.*

In nomine sanctae et individue trinitatis. OTTO divina propiciante clementia rex. Noverit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industria, qualiter nos per interventum dilectissimi germani fratri nostri HEINRICI cuidam vassallo illius MEGINGOZ nominato preedium legali iudicio illi ablatum nobisque fiscatum denuo eidem in proprium donavimus cum omnibus illuc iure pertinentibus, mancipiis agris pratis pascuis silvis aquis aquarumque decursibus molentinis pictionibus exitibus et redditibus quesitis et inquirendis. Iussimus quoque hoc preceptum inde conscribi per quod volumus firmiterque iubemus, quatenus predictus MEGINGOZ ipsam proprietatem perpetualiter teneat atque possideat. Et ut hoc nostrae concessionis preceptum firmiter permaneat, manu nostra subtus illud firmavimus anuloque nostro iussimus insigniri.

Signum domni OTTONIS invictissimi regis.

BRUN cancellarius advicem FRIDURICI archicancellarii recognovi.

Data XV. [ante] kal[endas] aug[ustas] anno incarnationis domini DCCCCXLIII, inductione I, anno domni OTTONIS serenissimi regis VIII; actum in Elnon [=Elten]; in dei nomine amen.

## 0987 JAN 18 OTTO III. NIMMT VILICH IN SEINEN KÖNIGLICHEN SCHUTZ<sup>2</sup>

*König Otto III. (980-1002) gewährt dem Kloster Vilich denselben Schutz wie den Klöstern Quedlinburg, Gandersheim und Essen.*

In nomine sanctae et individuae trinitatis. OTTO divinae largitatis munere rex. Omnis fidelium nostrorum cuiuscumque conditionis coetus quocumque locorum situs pro maioris auctoritatis causa cognoscat, qualiter quidam nobilis vir nomine MEGINGOZ cum reliosa coniuge sua GERBIRGA nostram presentiam adierunt et quoddam monasterium quod de proprio patrimonio suo pro aeterne vite premio et memoria <432> sui in isto seculo iam prius pii patris nostri OTTONIS imperatoris augusti auctoritatis consensu in loco qui Uilike dicitur construxerunt, in nostras manus tradiderunt, rogantes pro illius loci stabilitate et defensione de omni seculari servitio illud nostra regali potentia liberari ac muniri. Quorum piis petitionibus assentientes et consilium carissime nostrae genitricis THEOPHANU imperatricis auguste et principum nostrorum complurium, VUILLIGISI videlicet sanctae Magontiacensis aeclesie archiepiscopi ac GISILHARII Magadaburgensis aeclesie archiepiscopi, HILDIBALDI sanctae Vuormacensis aeclesie episcopi, NOTAKARII sancte Leodicensis aeclesie episcopi et ADALBERONIS sancte Virdunensis aeclesie episcopi, HEINRICI, CUONONIS, THIETDRICI ducum et aliorum plurimorum comitum ac iudicium imitantes, ad legem et ad regularem ordinem ceterorum monasteriorum in nostro regno

<sup>1</sup> Fundstelle: (Monumenta Germaniae historica. Diplomatum regum et imperatorum Germaniae Tomus 1 1884, 141)

<sup>2</sup> Fundstelle: (Monumenta Germaniae historica. Diplomatum regum et imperatorum Germaniae Tomus 2b 1893, 431 f).  
– Photo der Urkunde in (Piesik 2016, 61).

degentium, scilicet Quidilingeburg, Ganderesheim, Asnithe [=Essen], libertatem dedimus et ab omni inquietudine secularis distinctionis iugo absolvimus, ea ratione ut nullus episcopus comes iudex aut advocatus in exequendis causis idem aut illius loci servos stringere vel aliquod servitium inde exigere aut placitum in memorate aeclesie prediis agere aliquam potestatem habeant nisi que divina sunt et quantum ipsius loci abbatisse placeat, et ut sorores sancte congregationis inibi deo militantes in futura tempora in libero arbitrio habeant, quem advocatum et quam abbatissam inter se eligant, maxime si in illius boni viri et matrone supradicte, quorum bona voluntate ille locus divino mancipatur servitio, parentela ad id officium idonea inveniatur, sin autem, alias queratur. Et ut haec nostrae donationis libertas firma stabilisque permaneat, hoc privilegium inde conscriptum nostri sigilli impressione iussimus propria subter notando manu corroborari.

Signum domni OTTONIS (M.) invictissimi regis.

HILDIBALDUS episcopus et cancellarius vice UUILLIGISI archicapellani notavi.

Data XV. kal. februarii anno dominice incarnationis DCCCCLXXXVII, inductione XV, anno autem tertii OTTONIS regnantis IIII; actum Andernacha; in Christo feliciter amen.

## 0996 MAI 24 PAPST GREGOR V. BESTÄTIGT KLOSTER VILICH

*Gregor unterstellt es dem päpstlichen Schutz und erteilt ihm die Freiheit der Wahl der Äbtissin<sup>3</sup>*

In nomine sanctae et individuae trinitatis. GREGORIUS qui et BRUNO, sanctae catholice et apostolicae romanae ecclesiae gratia dei episcopus. Desiderium quod ad religiosum propositum et sanctorum locorum stabilitatem pertinere monstratur, sine aliqua et deo auctore dilatione perficiendum, et quotiens in quibusdam sanctae ecclesiae utilitatibus vel commodis, noster assensus et solitum apostolicae auctoritatis exposcitur praesidium, ultro benignitatis intuitu nos convenit subvenire, et ratum propositum pro integra securitate ex ratione solidare, ut ex hoc sanctorum veneratio locorum salus et indemnitas profligatur, et nobis quoque lucri potissimum premium a conditore omnium deo in sidereis arcibus proscribatur.

Rogantibus igitur fidelibus HILDIBALDO videlicet vuormacensi episcopo, et NOTGERO aecclesiae leodicensis antistite, immo nostram reverentiam humiliter implorantibus, quoddam monasterium ancillarum dei in honore sanctorum martirum cornelii et cipriani a comite MEGINGOZO diveque memoriae coniuge eius GERBURGA noviter constructum, nec non in comitatu HERIMANNI palatini comitis, episcopatu vero EVERGERI coloniensis archiepiscopi, pago autem aualgauue in loco filiche situm. cui moderno tempore abbatissa religiosi nominis AZELA quae ei prima praeesse videtur. et sicut certo eorum relatu didicimus regie domni OTTONIS terci modo imperatoris potestati atque munificentiae presentibus avia videlicet sua ADALHEIDA et matre sua THEOPHANU imperatricibus augustis anternaco traditum,

apostolicae auctoritatis serie praefato domno imperatore ottone succurrente munivimus, atque privilegiis sanctae romane sedis eo tenore decoravimus. quatinus proscriptum monasterium nullius alterius umquam aecclesiae sine alicuius persone dignitati deinceps summittatur sed prout abbatissae profati monasterii quacumque fuerit videatur. locus ad regulam sancti benedicti disponatur, monache inserantur, habentes videlicet potestatem, et apostolicam sub anathemate si quis huic sententiae contraierit concessionem, et

<sup>3</sup> Fundstelle: (Lacomblet 1840, 77).

abbatissam si quando opus fuerit eligendi, et ceteris utilitatibus aecclesiae prout facultas fuerit providendi et voluntas disponendi. Quapropter ut in exolvendis inibi deo laudibus mora nulla proveniat, sed potius divina placetur ancillarum dei conatu clementia, possitque hoc quod a nobis iusta deliberatione decretum est. futuris inconvulso permanere temporibus, nostram manuscriptoncm pro confirmatione subiecimus. simulque primatum qui huic titulo corroborando interfuere signa et nomina notari precepimus.

Scriptum per manus PETRI regionarii, notarii et scrinarii sanctae romane aecclesiae in mense maio, et inductione VIII. G. manu GREGORII pape benevate. + OTTO tertius dei gratia imperator augustus sign[um] + VUILLIGISUS mogontinus archiepiscopus sign[um]  
[*Es folgen die Bischöfe von Salzburg, Worms, Straßburg, Speier, Lüttich, Verdun, Konstanz, Freising und Passau.*]

Anno incarnationis dominicae DCCCCXCVI. inductione VIII. anno pontificatus domni GREGORII summi pontificis et universalis quinti papae in sacratissima sede beati petri apostoli primo. Regni vero domni OTTONIS tercii anno XIII. imperii autem I. mense maio, VIII. kalendas iunii. Actum rome feliciter.

## 1003 FEB 26 HEINRICH II. URKUNDE FÜR VILICH<sup>4</sup>

*König Heinrich II. (978-1024) bestätigt und bekräftigt die alten Schutzgarantien für Vilich.*

In nomine sancte et individue trinitatis. HENRICUS divine caritatis munere rex. Omnis fidelium nostrorum cuiuscumque condicionis coetus quocumque locorum situs pro maioris auctoritatis causa cognoscat, qualiter quidam nobilis vir MEGINGOZ cum religiosa coniuge sua GERBIRGA quandam regalem karissimi senioris nostri tercii Ottonis augusti presenciam adierunt et quoddam monasterium, quod de proprio patrimonio suo pro eterne vite premio et memoria sui in isto seculo iam pii patris Sui videlicet secundi OTTONIS imperatoris augusti consensu in loco qui Vileke dicitur construxerunt, in suas manus tradiderunt, rogantes pro illius loci stabilitate et defensione de omni seculari servicio illud sua regali potencia liberari ac muniri; quod et factum est. Nostro quoque tempore venerabilis eiusdem monasterii abbatissa nomine ADELHEYDA per interventum dilecte coniugis nostre CÜNEGUNDE videlicet regine nostra id denuo fieri munificencia supplex rogavit. Cuius piis petitionibus assentientes cenobio illi ad legem et ad regularem ordinem ceterorum monasteriorum in nostro regno degencium, scilicet Quiddelinburch, Ganderesheym, Asnithe libertatem dedimus et ab omni inquietudine secularis distinctionis iugo absolvimus, ea ratione ut nullus episcopus comes iudex aut advocatus in exequendis causis id aut illius loci servos stringere vel aliquod servicium inde exigere aut placitum in memorare ecclesie prediis agere aliquam potestatem habeant, nisi que divina sunt et quantum ipsius loci abbatisse placeat, et ut sorores sancte congregacionis inibi deo militantes in futura tempora in libero arbitrio habeant, <48> quem advocationem et quam abbatissam inter se eligant, maxime si in illius boni viri et matrone supra dicte, quorum bona voluntate ille locus divino mancipatur servicio, parentela ad id officium ydonea inveniatur, sin autem, alias queratur. Et ut hec nostre donacionis libertas firma stabilisque permaneat, hoc privilegium inde conscriptum nostri sigilli impressione iussimus propria subter notando manu corroborari.

Signum domni HENRICI (M.) regis invictissimi.

<sup>4</sup> Fundstelle: (Monumenta Germanie historica. Die Urkunden der deutschen Könige und Kaiser, Band 3 1903, 47 f)

Data IIII. kal. marci anno dominice incarnationis MIII.

## 1144 KONRAD III. URKUNDE FÜR VILICH, FÄLSCHUNG<sup>5</sup>

*Noch einmal werden die Rechte bestätigt und die Besitzungen aufgelistet:*

- *Vilike [=Vilich], Wintra [=Königswinter], Dollendorp, Cassela [=Oberkassel], Cudenhoven [=Küdinghoven] mit allen Äckern, Weinbergen und Pfarrrechten;*
- *in Humilgis, Wizelare [=Wittlaer?], Marafa, Bilike, Wormelinga, Waneblach, Rümereshagon, Wintreburon, Richerzehagon, Gladebach, Roden, Bercheim jeweils Höfe und Mühlen oder Abgaben;*
- *Fischerei am Rhein von Asenwiden bis Monnendorperhiden [=Mondorf] und an der Sieg aufwärts bis Stockfurd; vom Fang geht der dritte Teil ans Kloster.*
- *Wälder in Vilike, Ramershemeroherthi, Waltresholz, Lomerholz, Kaldovreholz, Wolkeshemerholz, Aldendagebrueg, Jungendagenbruch, Uethelgarde, Eidorph.*

## 1200 VITA ADELHEIDIS<sup>6</sup>, AUSZUG

<23>

Pater eius [=Adelheidis] comes illustris MEGENGOZ [† 997] cognominatus sapientia, nobilitate, divitiis, excepto que regimine et prenomine regni, ut rex suo tempore magnus inter principes habebatur et nominatus. Mater vero GERBIRGA [† 994] nuncupata, eque illi nobilissimo germine propagata, filia exstitit ducis cuiusdam nomine GODEFRIDI, tunc tempore magnis et incomparabilis viri. [...]

<24>

Duo vero prenominati tantis mundanae gloriae nitentes splendoribus, studebant etiam ante Dominum fulgere variis virtutum floribus, et ideo ad augmentum tanti honoris donati sunt adoptione unius masculae proliis, cui humanitas impositio aviti nominis et divinitus collata est dignitas eiusdem virtutis et ominis. Quatuor enim filias genuerunt; quarum binas spe posteritatis nuptum tradiderunt; quae ambae et maritali potentia et omnium bonorum et divitiarum illustres exstiterunt affluentia. Ex quibus una nomine Irmintrudis avia erat HENRICI magnifici ducis et ADHELBERONIS Metensis episcopi, FRIDERICI ducis fratrumque suorum, magnorum scilicet

<25>

huius temporis virorum. Altera vero ALVERAD nominata similiter suaे posteritatis preclaris incrementis erat donata. Reliquae vero binae Coloniae mancipatae sunt servituti et legi divinae; una in monasterio sanctae Dei genitricis Mariae [im Kapitol], quae tanta promovebatur industria morum, observantia regularis imperii, ut digne constitueretur domna et mater illius monasterii. Haec vero, de qua nobis est sermo, in monasterio sanctarum virginum subiit suave iugum Domini secundum regularem institutionem sancti Iheronimi. [...]

<sup>5</sup> Fundstelle: (Monumenta Germaniae historica. Die Urkunden der deutschen Könige und Kaiser, Band 9 1969, 186 ff)

<sup>6</sup> Lateinisch und deutsch in (Piesik 2016).

# 1595 J. MOLANUS: »NATALES SANCTORUM BELGII«, AUSZUG

NATALES SANCTORUM BELGII, & eorundem chronica recapitulatio. | Auctore  
IOANNE MOLANO<sup>7</sup>, Cive & Doctore Theologo Louvaniensi, | Lovanii, | Apud  
Ioannem Masium, & Philippum Zangrium, Bibliopolas Iuratos. | MDXCV. | Cum  
gratia et privilegio.<sup>8</sup>

Decima nona Decembris.

## De sancto Megengoso, Geldriae praefecto.

Ex Geldriae Chronicis, historia sancta ADELHEIDIS per BERTRADAM, & responso D. Petri Radij<sup>9</sup>

In Vilika, depositio sancti MEGENGOSI confessoris. De quo in Chronicis Geldriae scribit Iaspar de Hartefelt, Canonicus Graviensis; Legitur quod tempore OTHONIS tertij fuerit MEGENGOSUS Comes Geldriae, qui instituit monasterium Vilicense, ex opposito Bonnae, & multis possessionibus haereditavit, ibique sepultus est, anno millesimo primo, & canonizatus. Item Henricus Aquilius. Vichardus secundus, quartus sit, praefectus Geldriae, coniugem habuit filiam Comitis Zutphaniensis, ex qua genuit filium MENGOSUM, qui patre mortuo publicis suffragijs in praefectura successit. Pulcherrima huius praefecti stratagemata lector in chronicis Geldriae confideret: ubi singula prolixè commonstrantur. Fuisse autem illum insigni pietate praeditum accepimus. Condidit monasterium Vilich non procul a Bonna oppido, in ducatu Bergensi. Ubi & sepultus est anno Imperij vigesimo octavo.

Sed ut ad antiquiora & digniora veniam, encomia eius non tacuit BERTRADA virgo, in historia <283> sanctae ADELHEIDIS, primae abbatissae Vilecensis. Scribit enim hanc sanctam virginem parentes habuisse MEGENOREM illustrem Comitem, & GERBIRGAM ducis GODEFRIDI filiam, ea tempestate magni & incomparabilis viri: qui cum essent mundi huius amplissimis aucti honoribus, etiam coram Deo conati sunt virtutum se studiosos exhibere. Cumque filius, eiusdem cum avo materno nominis in exercitu Imperatoris adversus Boëmos cecidisset, & cadaver difficulter quidem sed honorifice in patriam deportaretur, parentes revolentes praeterire figuram huius mundi, & toto pectore caelestem ac sempiternam patriam suspirantes, bonorum omnium quae erant Godefridi filij, Deum haeredem instituerunt, ut eius anima caelstis paradisi haereditate potiretur. Enimvero e fundamentis excitarunt in Vilika templum venerabile, praedijsque & mancipijs illud ditarunt: atque inter se sani & incolumes mutuo consensu decreverunt pro Christi amore communis tori nescire commercia. Quo in loco permansit GERBIRGA, nocte ac die vacans orationibus, ita ut non immerito possit anteponi illis viduis quas ob continentiae meritum Apostolus vocat vere viduas {1. Tim. 5<sup>10</sup>}. Vedit etiam collectam sanctorum virginum multitudinem sub filia sua ADELHEIDE. Cumque monasterium a duobus Imperatoribus OTHONE tertio & HENRICO multa libertate donatum esset, non multo

<sup>7</sup> Johannes Molanus (auch bekannt als Jan Vermeulen, Jan van der Meulen oder Jean Molano) (\* 1533 in Lille; † 1585 in Leuven) war ein bedeutender flämischer Theologe der Gegenreformation.

<sup>8</sup> Fundstelle: Staats- und Stadtbibliothek Augsburg, Signatur TH L 444; urn:nbn:de:bvb:12-bsb11288208-06.

<sup>9</sup> Nicht identifiziert.

<sup>10</sup> "Das ist aber eine rechte Witwe, die alleinstehet, die ihre Hoffnung auf Gott setzt und beharrlich fleht und betet Tag und Nacht."

post pia mater rebus humanis exemta est, illo donanda beatitudinis praemio quod Dominus in Evangelio vigilanti servo {Luc.12<sup>11</sup>} promittit. Maritus vero qui, <284> utpote princeps, mundo specie tenus inservire cogebatur, post triennium cunctis bonis ex gratia Dei auctus in loco qui Gelre dicitur migravit: & ab ADELHEIDE filia Vilicae est honorifice apud coniugem tumulatus. Idem autem ipse postea apparens cuidam eius monasterij sorori dixit: MEGENGOR ego dictus sum cum me corporis gravaret moles: at nunc vocabulo in melius commutato Megengaudius vocor, quandoquidem gaudijs fruor sempiternis. Hactenus ex BERTRADA.

Plura vero de eo expetens ex Bonna responsum accepi, sancti MEGENGOSI sive MEGENGAUDIJ, a vulgo Mengo dicti, fundatoris Vilecensis ecclesiae & patris sanctae ADELHEIDIS virginis & primae ibidem abbatissae festum diem sive natalem non celebrari, sed unicum eum habere suffragium, & unicam collectam in die sanctae ADELHEIDIS. Et similiter alias ter aut quater annue, ad placitum Canonicarum & Canonicorum. Epitaphium ad sepulcrum excisum est in arcu deaurato,

Regum dulcis amor, patriae pater altor egentum,  
Ecce Megengaudus hic tumulatus inest.  
Scit servare fidem divo Gerbirga marito,  
Quam mors non separat coniugis a gremio.  
Hoc templum proprijs struxerunt ruribus ambo,  
Felices quorum praedia praeda Dei.  
Cum quartus decimus sol volvitur ante horizontem  
Ianum, tunc senior raptus ad astra fuit.

## 1645 AE. GELENIUS: »DE ADMIRANDA SACRA ET CIVILI MAGNITUDINE COLONIÆ CLAUDIAE AGRIPPINENSIS AUGUSTAE UBIORUM URBIS LIBRI IV«, AUSZUG

De admiranda, sacra, et civili magnitudine Coloniæ Claudiae Agrippinensis augustæ Ubiorum urbis libri IV. [...] authore Ægidio Gelenio<sup>12</sup> S[anctissimae] Th[eologiae] L[icentiatu]s ad S[anctae] Andreæ Canonico, Consiliario Ecclesiastico & Historiographo Archiepiscopali. | Coloniæ Agrippinæ, | apud Iodocum Kalcovium Bibliopolam | Anno MDCXLV. | Cum Licentia utriusque Magistruum.<sup>13</sup>

[...]

Sacri & Pii Fasti Agrippinenses

<748>

Quarto Decimo Kal. Ianuarij die Decemb[ris] [=19.12.]

Vilicae in nobili utriusque sexus collegio, prope a Rheno ad dextrum fluvij latus, ex adverso Bonnensis oppidi, B[eatus] MENGOSI vel MENGOZOI fundatoris ibidem, cuius

<sup>11</sup> "Der Herr aber sprach: Wer ist denn der treue und kluge Verwalter, den der Herr über seine Leute setzt, damit er ihnen zur rechten Zeit gibt, was ihnen zusteht? Selig ist der Knecht, den sein Herr, wenn er kommt, das tun sieht."

<sup>12</sup> Aegidius Gelenius (\* 10. Juni 1595 in Kempen; † 24. August 1656 in Osnabrück) war ein römisch-katholischer Geistlicher und Kölner Historiograph aus dem 17. Jahrhundert.

<sup>13</sup> Fundstelle: BSB München, Signatur 4 Germ.sp.119; urn:nbn:de:bvb:12-bsb10002723-2.

caput solebat ante Truchsesianum Coloniense bellum inter Reliquias ostentari. Item venerabilis GERBIRGAE uxoris MEGENGOSI, filia GODEFRIDI ducis Franconiae, & Beati GODEFRIDI eorundem Filij, huius nepotis qui in Bello Bohemico defunctus apud parentes Vilica depositus est, a sorore sua S[ancta] ADELHEIDE prima Abbatissa.

## 1835 DIE HEILIGE ADELHEID VON VILICH

Rheinischer Sagenkreis. Ein Ciclus von Romanzen, Balladen und Legenden des Rheins. Nach historischen Quellen bearbeitet von Adelheid von Stolterforth, Stiftsdame. Mit ein und zwanzig Umrissen, nach Zeichnungen von A. Rethel in Düsseldorf, lithographiert von Dielmann. Frankfurt s/M. verlegt bei Karl Jügel, Buch- und Kunsthändler. 1835<sup>14</sup>

Die heilige Adelheid.

{Legende}

Einst kniet' die heil'ge ADELHEID  
Zu Villich in dem Chor.  
Und eine Nonne sang ihr falsch  
Das alte Lied in's Ohr.  
Sie blickt nach ihr  
Mit ernstem Blick,  
Doch Schwester AGNES  
Schaut nicht zurück.

Ihr Auge ruhet halb im Traum  
Auf einem Edelknecht. —  
Er stützt sich finster auf sein Schwert,  
Als wollt' er in's Gefecht.  
Sechs Jahre schon  
Hat sie beweint  
Den Todtgeglaubten,  
Der nun erscheint.

Er sieht, umstrahlt vom Abendlicht,  
Ganz ihrem Robert gleich.  
Doch trüber ist dieß Angesicht.  
Die Wangen sind zu bleich.  
Er blickt so wild  
Zu ihr empor,  
Dass sie die Stimme  
Bald ganz verlor.

Darob ergrimmt in heil'gen Zorn,

---

<sup>14</sup> Fundstelle: (von Stolterforth 1835, 45 ff); ULB Düsseldorf; urn:nbn:de:hbz:061:2-1638-p0005-8.

Hebt ADELHEID die Hand,  
Und giebt ihr einen Nackenstreich,  
Dass Hör'n und Seh'n ihr schwand.  
Sie senkt den Blick  
Und sagt kein Wort,  
Sie hebt ihn wieder  
Und – er ist fort.

Und, O des Wunders! plötzlich süß  
Und rein wie Engelslied,  
Ein sanfter, klagender Gesang  
Der jungen Brust entflieht.  
Wie Himmelsslust  
Und ew'ger Schmerz  
Tönt es ergreifend  
Von Herz zu Herz.

Die Heil'ge braucht die Wunderkraft  
An allen Nonnen bald,  
Kein falscher Ton ward mehr gehört  
Von Jungen oder Alt.  
Doch keine mehr  
Wie AGNES sang,  
Schad', dass ihr Lied  
So bald verklang.

## LITERATURVERZEICHNIS

- Böhringer, Letha. „Der Kaiser und die Stiftsdamen. Die Gründung des Frauenstifts Vilich im Spannungsfeld von religiösem Leben und adliger Welt.“ *Bonner Geschichtsblätter*, 2004: 57 ff.
- Lacomblet, Theodor Josef, Hrsg. *Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins ... 779 bis 1200*. Bd. 1. Düsseldorf: Elberfeld, 1840.
- Monumenta Germaniae historica. Die Urkunden der deutschen Könige und Kaiser, Band 9*. Wien Köln Graz: Böhlau Nachf., 1969.
- Monumenta Germaniae historica. Diplomatum regum et imperatorum Germaniae Tomus 2b*. Hannover: Hahn, 1893.
- Monumenta Germaniae historica. Diplomatum regum et imperatorum Germaniae Tomus 1*. Hannover: Hahn, 1884.
- Monumenta Germaniae historica. Die Urkunden der deutschen Könige und Kaiser, Band 3*. Hannover: Hahn, 1903.
- Piesik, Heinz. *Vita Adelheidis. Das Leben der hl. Adelheid von Vilich*, 2. Aufl. Herausgeber: Stadtarchiv Bonn. Bonn, 2016.
- von Stolterforth, Adelheid, Hrsg. *Rheinischer Sagenkreis. Ein Ciclus von Romanzen, Balladen und Legenden des Rheins*. Frankfurt/Main: Jügel, 1835.
- Waßenhoven, Dominik. „Sancta mater. Entstehungsumstände und Darstellungsabsichten der Vita Adelheidis von Vilich.“ *RhVjsBII*, 2021: 37 ff.